

QK 333.30

Kat. V 721

Zb
5211

X 2002421

IN
N V P T I A S

REVEREN

DI PIETATE ET DO-

ctrina Viri D. MARTINI HAMERI

DELITIANI, propagantis doctrinae caelestis ve-

ritatem apud Brenenses: felici auspicio ineuntis Con-

jugium cum puella, laude pudicitiae commenda-

tissima ANNA, Honesti & optimi Viri

D. Urbani Coci, Ciuis Vite-

bergensis F.

CELEBRATAS

Prid. Id. M. Ianuar.

cl. Id. xxxv.



1897/93 214
EX PSAL. XXXV.

SaLVtare tVVM Da nobis, tibi

Verè serVientibVs.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)



CHRISTVS

FERT GAVDIA VE-
RA VOCATVS.



Ic vrbs Agenoris fuit
Clara, vt putaretur magis
Ere, filere; quàm minùs
Encomia huius dicere.

Sed est opus nullum DEI
Tàm vile (quamuis vile erat
Ducendum opus nullum DEI)
Quod prædicari sat queat.

Et est opus nullum vt DEI,
Sic & sacrum Connubium
Est tale, nunquam carmine
Quod prædicari sat queat.

Non extruetur hinc tamen,
Falsò putandum esse hoc, magis
Ere, filere; quàm minùs
Encomia huius dicere.

Namq̃ hæsitante dicere
Vel ore de factis DEI
Miris, in hac caligine,
Præstat; nihil quàm dicere.

Connubio nil sanctius:
Counubio nil dignius:
Hoc est magis nil vtile:
Huic summa inest necessitas.

A 2

Testantur

Testantur illud plurima,
Quorum referre vnum hoc iubet
Tempus, toros quo CHRISTE ouans
Cum Sponsa inis Ecclesia.

CHRISTVS verendis interest
Præsens bis ipse nuptiis,
Vetustiore in fœdere,
Recentiore in fœdere.

In aureo olim seculo,
Horto DEI augustissimo,
Hephziba Adamo ducitur,
Nato DEI sed pronubo.

Formatam & hanc costa viri,
Ceu patris interpretis sui,
Desponsat, atq; copulat
Nexu duos arctissimo,

Sic, carne vt vna sint duo,
Non dissuendo vinculo,
Dum fata claudant lumina:
Seu sit bona, aut sit fors mala.

Et hic amor longè amor
Præcurrit vnus omnium,
Vel & parentum, qui priùs
Mittendi erunt, hic quàm cadat.

Hæc mutua & dilectio
Tori feracis pignora
Producit, vsq; quæ DEVM
Hic & colant, cœlo & colant.

Quid s

Quid? dotis hoc amplissimæ
Quod additur munus loco,
Res cuncta nempe condita
Solo, saloq̄, vel polo.

Hoc integris & viribus,
Cum corq̄, mens & ederent
Dulci ligata copula,
Gratum auribus carmen DEI.

SED insuper cum pondera
Nostri petisset corporis,
Natus DEI atq̄ virginis,
Pactis adest iugalibus.

Et Matre cum sua, suos
Secum ministros, Dux bonus
Adducit: omnes vt DEO
Vitam hanc placere intelligant.

Offendit haud Sponsos tamen
Amœno in horto, ad arbores
Tellure læta consitas,
Fructus odori prodigas,

Arundinoso at in loco,
Deserto & inculto loco
Canæ palustris: indiga
Quâ sedem Egestas fixerat.

Dono ergo Sponsos nobili
Ornans, aquas mutat mero,
Primo omnium & miraculo
Castos cohonestat toros.

Diuulsionem & Coniugum,
Commixtionem & plurium
Vetans, suum toro suis
Decus reducit legibus.

Premitt lacertis mollibus
Tenella lætus pectora,
Quales oliuæ, vel botri
In vite surgunt fertili.

Hæc mente nos dum voluimus,
In Coniuges quæ conferat
CHRISTVS bona: ipse inis torum,
Martine, nunc DEO auspice.

Nam fortuitus haud tuus
Amor, Deum autorem refert,
Et iactat: vnus qui duos,
Non separandos, colligat.

Cur hoc at ipso tempore
Tu nuptias Sponse instruis?
An, adsit his vt pronubus
CHRISTVS vocatus nuptijs?

Verè est beatus, pronubo
Qui CHRISTO inuit connubia,
Inuitat hunc & hospitem,
Tuetur hunc & hospitem.

Hic ceu vocatus est tibi,
Sic adsit vt semper tibi,
Bona & tibi cuncta afferat,
Mansura sed bona, apprecor.

IN

IN NUPTIAS

CANANÆAS.

CHRISTVS sua præsentia
Sacras honestat nuptias,
Augusta donans munera,
Damnet faces quis Coniugum &
Iugalis autor foederis,
Tuere vitæ huius genus:
Ignes facessant improbi,
Det vnda vinum nobile.

Es ziert mit Gegenwertigkeit
Christus der Hochzeit Ehrenfrewd/
Und den Breutigam trefflich verehrt/
Solt denn der Ehestand sein gewert?
Ehlicher Lieb ein vrsprung bist
Erhalt dein Ordnung Jesu Christ:
Unkeuscheit laß weit von vns sein/
Wasser des Trübnis mach zu Wein.

IN VERBA:

Nondum venit hora mea.

Commoda qui cupido vult pectore ferre petita,
Impatiens aliquam non ferat ille moram
SVaVla non LaVDat, nlsI qVIgVstaVIt aMara:
Sera quidem auxiliū spes: ea grata tamen.

Herocles lib. de Nuptijs:

ὁ μὴ περὶ ἀρῆσιν ἑσθικῶς γαμετῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων, ἀγού-
σος ὄσι τῆς ἀληθινωτάτης καὶ γνησίᾳ ἐωοίας.

Lege tori socia casti quemcunq; solutum
Destituunt sobolis pignora cara nouæ,
Hunc citò destituit veri quoq; gustus amoris.
Eius & à vacuo pectore sensus abest.


M. Christophorus Cæsar
Scholæ Halensis Rector.

Islebij excudebat Urbanus Gubisius, Anno 1585.

QK 26 5211

ni





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Kat. V 721

Zb 5211

X 2002421

IN
VPTIAS
VEREN-
TATE ET DO-
D. MARTINI HAMERI
propagantis doctrinae celestis ve-
nenses: felici auspicio ineuntis Con-
nella, laude pudicitiae commenda-
NA, Honesti & optimi Viri
rbani Coci, Ciuis Vite-
bergensis F.

LEBRATAS
rid. Id. M. Ianuar.
cl. l. l. xxcv.



1897/93 214
PSAL. XCV.
tVVM Da nobis, tibi
è serVientibVs.

